

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mors ad
cum fonte primo

Interdum contingit iustis ut in
morte sua sanctorum precedencium
uisiones aspiciant ne ipsam mortis
sue sentenciam penalem pertimescant,
sed dum eorum
menti ciuium internorum societas
ostenditur, a carnis sue copula sine
doloris et formidinis fatigacione
soluantur.

Quod plerumque contingit iustis, ut in
morte sua sanctorum praecedentium
uisiones accipient, ne ipsam mortis
suae poenalem sententiam pertimescant,
sed dum eorum
menti internorum ciuium societas
ostenditur, a carnis suae copula sine
doloris et formidinis fatigatione
soluantur.

Gregorius Magnus, *Dialogorum libri IV.*, 4, 12, 5 (SC 265, A. de Vogué ed., p.52, ll.40-45).

Aliquando in consolacione
egredientis anime ipse apparere
solet auctor et retributor uite.

Gregorius libro IIII. dyalogorum.

Nonnumquam uero in consolatione
egredientis animae ipse apparere
solet auctor ac retributor uitae.

Gregorius Magnus, *Dialogorum libri IV.*, 4, 17, 1 (SC 265, A. de Vogué ed., p.68, ll.1-2).